Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



at. Ille inquam lucifer qui nescit occasum. Ille qui regressus
ab inferis humano generi serenus illuxit. Precamur ergo te domine
ut nos famulos tuos omnem clerum et deuotissimum populum una
cum beatissimo papa nostro N. et gloriosissimo imperatore nostro N. et
antistite nostro N. cunctoque exercitu xpianorum quiete tem
porum concessa in hiis pascalibus festis conseruare digneris. Per
eundem dominum nostrum ihesum xpm filium tuum qui tecum uiuit et regnat
Cum in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen. Tr.
Cantemus domino gloriose enim honorificatus est equum et
ascensorem proiecit in mare adiutor et protector factus est mihi in salutem.
Hic deus meus et honorabo eum deus patris mei et exaltabo eum.
Dominus conterens bella dominus nomen est illi. Tr. Uinea facta
est dilecto in cornu in loco uberi. v. Et maceriam circumdedi
et circumfodi et plantaui uineam soreth et edificaui turrim in
medio eius. v. Et torcular fodi in ea uinea enim domini sa
baoth domus israel est. Tr. Attende celum que loquar audiat
terra uerba ex ore meo. v. Expectetur sicut pluuia eloquium meum
et descendant sicut ros uerba mea sicut ymber super gramina et sicut
nix super fenum quia nomen domini inuocabo. v. Date magnitu
dinem deo nostro deus uera opera eius et omnes uie eius iudicia. v.
Deus fidelis in quo non est iniquitas iustus et sanctus dominus. Tr.
Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima me
a ad te deus. v. Sitiuit anima mea ad deum uiuum quando ueniam et
apparebo ante faciem dei mei. v. Fuerunt mihi lacrime mee panes die
ac nocte dum dicitur mihi per singulos dies ubi est deus tuus. Ad missam.
Alleluia. v. Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia
eius. Tr. Laudate dominum omnes gentes et collaudate eum omnes
populi. v. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et ueritas do
mini manet in eternum. Ad fontem ante. Uidi aquam egredientem
de templo a latere dextro alleluia et omnes ad quos peruenit aqua ista sal
ui facti sunt et dicent alleluia alleluia. Ad processionem. In die resurrectionis mee dicit
dominus alleluia congregabo gentes et colligam regna et effundam super
uos aquam mundam alleluia. Ante. Cum rex glorie xpus infernum de
bellaturus intraret et chorus angelicus ante faciem eius portas
principum tolli precipet sanctorum populus qui tenebatur in morte cap